

ARTIS COMPUTATORIAE


sem hac forma 10. calculis seu ut nunc fit, nummīs suis
per equidistantes lineas sursum ac deorsum positīs hac





forma quae efficit CXXVII.

sunt & magica quaedam lineis

quibusdam descriptae ueluti

hac nota  unū, quae si pro-

na sit hoc  pacto effiat decē: quod si angulus dextra

parte quoq; pronus sit hac forma  efficit mille, Notat

tur & numerus digitorū gestu non illo uulgari, à polli-

ce ad auricularē facto transitu, sed occultiore ac ueteri

admodum, digitis in sese & ad alios coeuntibus, tum &

mille alijs modis, quos quisq; sibi familiares efficit stu-

dio celandi, at nos tantū de publico usu receptis, quan-

tum ex scriptoribus obseruare licuit dicemus, etiam

si non omnes ad logisticam pertinere uideantur, sed

quia hic de numerorum notatione loqui cepimus, nullū

est in disciplinis aptiorē locū inuenire potuimus.

QUEMADMODUM ROMANI LITERIS

utuntur ad numerorum significationē, & quae earū

in singulis sit ratio.

CAP. VIII.

IN numerorum notatione Romani literis utuntur ne-

mero septem I V XL C D M. E quibus C quidē &

M ratione minime obscura significat haec mille, illa cen-

tum, quod earū dictionū per quas hi numeri significen-

tur, prima sint elemēta quemadmodum Graeci τ & quinq;

δ uero decem numeros notant. Reliqua uero quae rati-